Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift

34

natura subsistit; proinde sic sublato bono natura
consumitur. Bona est ergo natura. Sic et tardum
dicimus ueloci contrarium. sed tamen quod se omnino
non mouet nec tardius dici potest. Sic a-
cute uoci contrarium uocem grauem dicimus. uel
canore asperam. Sed si speciem uocis adimas.
silencium est. ubi uox nulla est. Quod tamen silenci
um eo ipso quod uox nulla est. tanquam contrarium
uoci solet opponi. Sic lucida et obscura
tanquam duo contraria dicuntur; habent tamen
et obscura aliquid lucis. quo si penitus careant:
ita sunt tenebre lucis absentia. sicut silen
cium uocis absencia. Que tamen et priuationes
rerum sic in uniuersitate nature ordinantur.
ut sapienter considerantibus non indecenter uices
suas habeant. Nam et deus certa loca et
tempora non illuminando. tenebras fecit. tam de
center quam deus. Si enim nos continendo uocem.
decenter interponimus in loquendo silencium.
quanto magis ille quarundam rerum priuationes
decenter facit. sicut rerum omnium perfectus artifex.
Unde et ymno trium puerorum. et lux et tenebre
laudant dominum. id est eius laudem in bene considerant
um cordibus pariunt. Non ergo mala iqntu